Mtem aut dominium suum demerebitur talis collum. filij vero
eius et fratres. locum primum non obtinebunt propter excessum
criminosum patris eorum pnexi vero bona paterna non perdent.
Si cum patre in tali consilio criminoso non fuerit. et similiter fratres
predicti excessoris. si vero fuerint in consilio prefato tunc quilibet
eorum impota factum pati debet.

Filij illorumq̃ excedunt contra regiam Mtem et rempublicam.
etiam bona patrena perdunt. Quoniam omnia in tali casu confiscantur.

Capitulum secundum

Armanum gens deus liberum creauit et fecit. Verum quia necessarij sunt dominis suis serui ad seruiendum propter terram et agnam. Simile huic ius est quando alignis Colonus seu Cmethe domino suo nichil monendo a domino suo ubi uult transire potest. Si vero alignis dominorum istud tollerare nollet. Scilicet libere emittere eundem subditum suum. volens eundem retinere in sua Iurisditione. Tunc pueri post mortem patris si tales pueri in dominio huiusmodi domini non fuerint procreati habent libertatem eundi et se transferendi sub alios dominos. ubi voluerint.

Hec constitucio intelligenda est de Colonis generis armenis non de alijs. ville vero et possessiones armenorum subiacent nisi communi legi.

Capitulum terciium.

Si pueri inter se contencionem fecerint et unus puerorum alterum occiderit. si puer occisus vltra duodecim annos habuerit tunc capud debet solui. sicut pro viribus et integri hominis capite. si vero ille occisus puer habuerit minus q̄ duodecim annos hoc est decem vel undecim tunc pro capite eius medietas capitis solui debet. si vero puer occisus habuerit minus q̄ decem annos. tunc tercia pars capitis solui debet. si vero puer habens quindecim annos fuerit homicida et excesserit contra statutum istud tunc pro capite integro solucionem faciet amicis illius occisi sicut superius scriptum est.

Intelligenda est hec constitucio seu lex de pueris armenis. sed si puer armenus occidat puerum Catholicum luet penam iuxta condicionem pueri occisi. et secundum ius in quo residet persona occisa.

Capitulum quartum de Pueris vno alterum Ledente.

Si pueri unus alterum in ludo leserit nolentes. sine ex ira huiusmodi res bene et diligenter debet inquiri tali modo sicut inquiri consuetudo est de occiso tunc illius lesi ami debent computari et in quod membrum eum lesit an in oculum. an in manum aut in pedem ut secundum talem lesionem et qualitatem membri leso solucio impendatur. cum reformatione et contentacione pro medicinis et impensis per ledentem faciendis. qd ius puerorum in factis, iustum inuenimus.

De pueris genere azmenis hec constitucio etiam et quatuor immediate
segnentes. intelligende.

Capitulum quintum de pueris unum alterid in agua submergentis.

Pueri natantes in agnis unus alterum submerserit. eptnc Judices debent talem casum submersionis bene et perfecte rescire. si sub: mersio talis facta est ex joco. aut ex ira. aut ex malo corde stu: diose intentionis. aut si ille submersus seipsum ex casu submerserit in profundo agne. et illi comatantes ipsi submerso auxiliari non potuerant. tunc Judices recitis ad plenum predictis casibus. si ille se solum ex casu submersit et eius comatantes illi subsidiare non potuerant, tunc pro tali submerso solutio non impendatur. si vero ex alia causa predicta submersus fuerit. tunc solutio capitis impendi debet inposta computacionem annorum illius submersi. sicut pro capite occisi.

Capitulum sextum de pueris dum aliquis puerorum ex sublimi loco in vim pacti alicuius

alt o Zaklath saliexit et ex tali saltu lesionem incurrerit. si talis casus inter pueros accidexit. Z aliquis puerorum in vim pacti de sublimi loco saltum fecerit et ex tali saltu aut se leserit aut mortem incurrerit extunc dans occasionem huiusmodi rei, medius capitis solvet. si ille qui saltum fecit aut ad lesionem aut ad mortem tunc computatis annis illius lesi aut ex saltu mortui. Ita decernat sicut primus scriptum est de eventibus inter pueros.

Capitulum septimum de adolescentibus inter se pactum facientibus de aliqua re onerosa levanda.

Conspexerunt adolescentes pacto inter se constituto et laudato aliquam rem gravem et onerosam sublevare. et ex tali sublevatione rei onerose. si se aliquis ex eis leserit extunc ille qui pecunias pacti huius prefati reposuit tanq̃ dans occasionem lesioni, medietatem pene ꝺꝛ solvere sicut pro re sanguinolenta. et cum hoc illi leso damnum et impensas medicine solvere sit astrictus. et hoc ideo statutum est ꝙ nemo alter alterum inducat ad damna et nocumenta sanitatis

Capitulum octauum de temulentis seu ebrijs

Si in ebrietate contigerit. q. vnus alterum leserit jus prohibet. q. tale factum lesionis in ebrietate patratum non est pretermittendum et tollerandum. Quandoquidem ebrietas est primum initium tocius mali. si itaq; in ebrietatis conditione et eventu vnus alterum leserit de tali facto judicium debet esse instum scilicet obnoxius damnum et impensas medicine leso soluat. si vero per ebrium occisus fuerit alignis. Tunc per judicium occisio talis occisionis diligenter est scrutanda et rescienda. scilicet si talis occisio mala et studiosa intencione aut ex alia causa facta fuerit. scilicet si in simul vnus contra alium ad seditionem conturrexerit. aut cuius initium in tali casu erat iusta emergentias et qualitatem causarum debet exercere judicium ex iusta facti exactissimi exigentiam exactor est puniendus Coadiutores vero facti predicti ex ebrietate comissi diligenter pronisi. etiam castigari debent sicut judicium decreuit.

Capitulum nonum de inuentione thesauri subterranei.

Si alignis in suo fundo hereditario thesaurum inuenerit sub terra sepultum argenteum q. si de tali inuentione thesauri perfecta fuerit rescientia. q. talis thesaurus fuisset priorum regum. ad fiscum regium talis thesaurus isto modo pertinere debebit. et inuentori huius thesauri decima ex eodem thesauro dari debet. et similiter illa decima eciam de eodem thesauro dari debet in cuius fundo hereditario reptus fuerit. si vero repertum fuerit q. talis thesaurus erat alicuius magnatis vel patricij viri et huiusmodi bonorum hereditariorum in quibus thesaurus reperius fuerit restaret heres. aut successor ultimus extunc huiusmodi thesaurus cedere debet domino fundi hereditarij in quo thesaurus repertus fuerit. et de tali thesauro decima pars pertinebit ad fiscum principis.

De thesauro inuento inquisitio fiet et examen per Commissionem regie Maiestatis.

Capitulum decimū de illo qui alignem trahit per barbam.

Si in Contencione euenerit q. vnus alterum per barbam traheret et presertim juuenis seniorem juxe dissimilem est. q. talis tractor barbe senioris hominis in etate. in tali Culpa Censendus est sicut alignem leserit.

Capitulū vndecimū de foueis subterraneis in quibus frumenta diuersi generis conser-uantur sicut in terra Armenie fit.

Si aliquis aperuerit foueam terream in qua frumenta sua seu alicuius fuerint reposita. et in eandem foueam miserit hominem pro frumentis ibidem existentibus recipiendis. et homo in predictam foueam immissus propter aerem strictum ibidem inclusum more: retur. debet iudicari de huiusmodi immissore sicut illum homicidam solus interimeret. Si vero ille homo ibidem immissus lesus fuerit tunc ille qui eum immisit in huiusmodi foueam damna et impensas medicinarum solvet. ex eo quia debuit ille qui immittebat hominem huiusmodi in foueam predictam expectare. et prolongare aliquantulum temporis donec aer in huiusmodi foueis frumentariis strictus et inclusus per aperturam fouee dissolutus fuisset. Si vero de huiusmodi fouea frumentaria aer exiuerit et homo ibidem immissus laederetur talem casum officium tenetur prouidere secundum qualitatem in talibus facti et iusticie.

De Armenis et eorum seruis precio conductis hec constitucio est intelligenda

Capitulum duodecimū de iure kmethonum

Si aliquis armenus inualuerit colonis seu kmethonibus laborare vltra consuetudinem usitatam ut pote arare, metere. et alios quoscumq; labores et ille kmetho ex tali labore inusitato lesus fuerit aut eciam more: retur talis dominus inusitatis laboribus subditos premendo peccauit superiori domino scilicet deo. Si vero talis kmetho inusitato labore lesus medicinis ex lesione euaserit. Tunc dominus ipsius ei ex prauissa causa existens occasio principalis lesionis. dampna et sumptus medicine soluet. Si vero talis lesio valuit ipsius kmethoni imponere perpetuam imbecillitatem. auctoritas officij Judicialis in tali casu id decernet quod iusticia suadebit.

Capitulum tredecimū de inhonorante suum spiritualem.

Sanctorum Apostolorum preceptum et constitucio mandat. Ne nemo suum spiritualem presbiterum inhonestis verbis et turpibus dehonestare audeat. Quia talis homo dehonestans suum spiritualem perinde tali inhonoratione. excedit contra deum. quoniam spirituales persone sunt deprecatores dei et in Judicio diuino sunt mediatores et responsales

pro homine. Testatur ad id scriptura diuina. Et nemo spiritualem debet oblqui. explorum enim institutiones hmo inuenerere magnam penam diffiniuerunt qui spirituali maledixerit. qui maledictio pensinde habetur ac si maledixerit deo. Sanctum enim Euangelium dicit. Qui vobis maledixerit michi maledixit.

Capitulum quatuordecimū de maledicente integrū Regie Maiestati aut alicui ex Consiliarijs ordinis senatorij.

Si aliquis petulanti lingua ausus fuerit integrum maledicta aliqua dicere Mati regie aut patricijs senatoribus regni et reuerendum talis faciens huiusmodi maledicta. Si talis maledictor fuerit persona spiritualis debet degradari. Si vero fuerit secularis. Tunc debet pro tali maledicto facinore excommunicari. et tale Judicium debet pertinere ad Episcopum aut magnos prelatos et doctores. Quoniam regia Mtas pro suo sacro regali statu representat eciam vicem diuine auctoritatis. et ideo jus decernit ut quilibet se et in solentiam suam compescere et in respectu haberet regalis dignitatis sublimitatem.

Capitulum quindecimum de mancipio seu seruo literato absq; consensu sui domini in presbiterum non ordinando.

Si aliquis aliquem fuerit seruus aut Jure mancipij aut Jure emptionis literatus et ex literatura idoneus ad sacerdotium. talis seruus libere non potest adipisci statum spiritualem absq; speciali consensu et manumissione domini sui Jus enim prohibet per hoc domino ipsius dolorem inferre. Talis enim res redundat ad destructionem domus Si tamen scitetur q talis seruus esset idoneus ad sacerdotium. tunc fuit dignus presbiteratu seruus Sancti Pauli apli omissimus. Dum talis seruus ex consensu domini sui poterit suscipi ad ordines et mini: steria cultus diuini

Capitulum sedecimum de seruis christianorum

Si Christianus emerit mancipium seu seruum Christianum. Tunc iuxta veteris legis et testamenti constitucionem talis seruus sex annis continuis domino suo seruire debet. Septimo vero anno talis seruus per dominum debet manumitti in libertatem. Nouo vero lege exi: stiuna instituit talem seruum tunc liberum esse ex seruitute q primum

pecuniaꝫ pro eo datas emerserit. si solus seruus emptus. solus modo
premissꝰ debet esse liber. si vero cum vxore captiuatus emptus
fuerit. tunc et cum vxore ac prueris liber esse debet emcritis
ut prefertur pecuniis pro eo datis. si vero tali seruo dominus uxo-
rem dederit et prolem inter se vtriusq seruus procreauerint. tunc
in tali casu vxor prefati serui vna cum prueris debet esse in here-
ditate et dominio perpetuo sui domini. solo predicto seruo tantum
libertatem manumissionemq habente. si vero talis dominus volueris
accipere pecuniam pro predicta muliere. tunc eadem mulier vna
cum prueris suis vtriusq seruus manumitti in libertatem debent.
si vero predictus seruus libitum et voluntatem non obstantibus pre-
dictis conditionibus habuerit remanendi circa dominum suum. tunc
dominus tenebitur eundem cum vxore et prueris suscipere. et ad
ecclesiam cum eodem seruo accedere et bonis hominibus ibidem in ecclia
de talibus protestari. ac hiis huiusmodi protestacionib obtinere et
habere in vim significatorie scilicet in hunc modum q predictus
seruus a me ad mortem non vult recedere. si vero talis seruus postea
deliberatus voluerit habere voluntatem ex seruitute liber esse et do-
minus ipsius talem eius deliberationem rescinerit. non debet eum
illibertare dominus suus contra ipsius deliberationem sibi seruire.
iuxta apostolo dicente. omnes seruos apud deum esse liberos.
hactenus non fuit nec est vsus in regno mancipiorum et seruorum
in illibertate seruandorum.

Capitulum decimumseptimum de Mulieribus emptis christianis

Si aliquis necessitate cogente filiam suam vendiderit Cristiano. non
debet filia vendere in perpetuam seruitutem. si vero huiusmodi
ancilla seruitus non placuerit domino eius. tunc in tali casu pater
poterit eam exemere. et talis dominus non habebit auctoritatem pre-
dictam seruam alicui vendere alteri, ex odio. si vero talis dominus
predictam seruam voluerit desponsare in vxorem filio suo. debet
ad id accedere voluntas patris eiusdem serui. si vero talis ancilla
seu serua soli domino vel filio ipsius in vxorem non placuerit. tunc
talis serua emerendo annos pro pecuniis pro eadem datis libera a
iugo seruitutis esse debet sine pecuniis. si vero pater ipsius serue
ante annos seruitij ipsam a domino eius exemere voluerit. tenebitur
eam dominus ipsius ad exemptionem dare, non obstante eo. q anni
seruitutis ipsius non transfluxerint.

Capitulum decimuoctauum de paganis seruis emptis.

Si aliquis xpianus emerit seruum vel ancillas seruiles paganos. istiq; serui tempore seruitutis eorum Baptismi sancti sacramenta susceperint. tunc tali modo huiusmodi serui debent esse liberi a seruitute tanq; pecunias pro eis datas emerentia. Si vero tales serui utriusq; sexus pagani sacrum Baptismum susciperе noluerint. Tunc in isto casu dominus eorum potens erit ipsos ad placitum suum vendere cui voluerit

Capitulū decimūnonum de percutiente patrem vel matrem.

Quicunq; parentes suos verberauerit ob tale indignū et scelestū facinus est mortalis apud deum iuxta dispositionem veteris Testamenti. Nunc vero legis Christiane testamentum ea simili: tudine demonstrat. Q talis verberator parentum ad mortem debet penitere. Si vero in pnexilitate verberauerit parentes. tunc in tali casu parentes debent istud obtegere ab ogaznacz. Si vero percussor parentum istud malo corde et animo fecerit et parentes pro nichilo reputauerit. Tunc parentes talem filium de excessu multociens corrigere debent coram spiritualibus et coram seniorib⁹ Si vero a talibus excessibus se retrahere nollet. Tunc talis pater huiusmodi filiū rebellem et temerarium persecutorem parentum suorum potest: et ipse et a bonis omnibus exheredare. Si vero ipse idem filius ita exheredatus postea ad se ad cor. et se reddierit et humiliatus fuerit sicut decet parentibus penitentiā sustinere Tunc pater et mater in tali casu debebunt eum in fauorem parentalem sustipere.

Capitulum vigesimum Q quilibet debet portare iniquitatem et demeritum excessus sui

Si pater aut filius in aliquibus excessibus mortalibus seu Criminalibus excessum reperti fuerint: Tunc pater pro excessu filij pati non debet. et similiter filius pro excessu patris nulla pena affici debet. Sed quilibet iuxta facta excessuum suorum pati debet

et eo facto jus complebitur in nistricie perfectione ad quamlibet
personam tribuendo unicuiq; quod suum est
Ab hac constitutione excipitur eximen lese cyariestatis

Capitulum vigesimum primu de eo qui furauerit hominem

Juuenexi Testamento sanctitum est. Z quicunq; furando hominem
vendiderit et de tali venditione manifestum fuerit. talis homo
est mortalis. Damen in nova lege Christiana ita constitutum
est. Z si christianus existiamus furando vendiderit ad aliam
prouinciam et tale malefactum contra eum manifestum fuerit.
propter agendam penitenciam. nova lex non decernit enim ad
penam mortis. sed talis debet detineri et in Carceribus seruari
sub cautione fideiussoria. Z predictus venditor Christiani te-
nebitur pecunias pro prefato venditore ceptas vicenesa remittere
et prefatum hominem venditum debet addncere ad hospitem
apud quem eundem subtraxit restituereq; tenebitur. Si vero ille
homo venditus aliquomodo decesserit tunc ille venditor dz̄t esse
astrictus predictas pecunias pro eodem homine ab emente receptas
illi hospiti apud quem eundem furatus fuerit reale et in effectu
solueze et nichilominus predicto furi manus eius abscidi debent
aut sibi in fronte ardenti et candenti sigillo in fronte nota per-
petue infamie imprimi et cauteriszari debet. ut alij formidine pene
a talibus abstinencium.

Hec constitucio admittitur quando armenus alium armenum ven-
diderit. Sz si armenus christianum vendiderit de hoc cognoscat
regia Maiestas et puniet ibi prout ei videbitur.

Capitulum vigesimum secundum de eo qui obli-
quitur suos parentes.

Quicunq; parentes suos in honestis verbis dehonestare ausus fuerit
talis est mortalis. Si parentum suorum aliqua pretexta manife-
stauerit. eo facto committit peccatum mortale secundum veterem legem
nova vero lex dictat q; talis oblocutio parentum equipparatur hui
sicut parentes percutere aut antea talia inhoneste contra parentes
in pueris compescentur diffinitum est q; tales puniri pro parentes
possunt de omnibus bonis mobilibus et immobilibus exheredari.

Filij manifestare debet. Jure et merito crimina et excessus parentum suorum contra regiam Maiestatem et rempub: liram comissorum et in tali casu filij carnencrny pene ginus constitucionis non sunt subiecti.

Capitulum vigesimutercium de duobus contendentibus et vno alterum ex eis volnerante.

Contendentibus duobus armis et vno alterum volnerante et volnerato in huiusmodi volneribus non morerentur. et in infirmitate volnerum iacens et convalescendo ambulauerit cum cozulo ab3 zhiaska diffinitur Jure. q̄ ille qui volneranit tenebitur illi volnerato damna. medicinam. et impensas solnere cum tot ideny penis pecuniarny Judicio.

Capitulum vigesimū quartum de eo qui serv aut sernam occiderit.

Si alignis seruom suum aut seruam occiderit quocunq̄ Instrumento ad occidendum habito. tunc Judicio penam sanguinis illius occisi debet regnirere ab hospite si talis seruus fuerit christianus aut cuiuscunq̄ alterius secte tunc ille occisor tenebitur equali valore solnere caput occisi serui aut serue. tam christiani q̄ alterius secte si vero seruus aut serua percussi a domino a percussione ictus non morerentur statim diemq̄ aut dies iacuerit et postea morerentur non debet in tali casu pro capite solutio fieri. et hoc propterea qui cum emerat pro suis pecunijs et sibi damnū intulit. penitenciam tm pro isto agere debet.

Capitulum vigesimū quintū de eo qui contencione commissa percusserit mulierē pgnantem.

Contendentibus duobus hominibus et inter se percusserit mulierem pregnantem et per talem percussionem mulieri illa proles sine tempore completo abscederet. tunc medietatem capitis solnere debet maxito talis mulieris aut sicut cum maxito predicte mulieris componere poterit. si autem puer fuerit in utero in plenitudine temporis cum persona humana et tali percussione abscesserit tunc solutio debet impendi sicut pro integro capite. Notum cum est in Jure

dmino g sine perfectus fetus fuerit sine non ni vtero. Dmus jnb diffinit antigrom. g caput pro capite daxi debet. Nova vero lex demonstrat talem casum pena pecuniaria et penitencia emendandum et solvendum esse.

De homine demeno mulierem pregnantem percuciente hec constitucio est intelligenda. ni aljs locum non habet.

Capitulum vigesimum sextum de bove alienus aliquem percuciente.

Bove alienus alignem percuciente et ex tali percussione homo moze retur lex antigna decernebat. g talis bos debet occidi et carnes ipsius vendi et pecunias pro carnibus venditis receptas pauperibus distribuere. et nichilominus hospes cuius bos prefatus fuerit caput solvere tenebitur. si vero prefatus bos semper erat ita indomitus et ferus et ille hospes per vicinos erat admonitus ut talem bovem indomitum a se alienaret. hospes vero tales admonitiones vicinoz non curabat. et interea bos talis indomitus hominem ad mortem occiderit. Dmc talis hospes cuius bos erat mortalis est et penam capitis debet solvere sicut decrenerit jnb. a morte tamen hospes prefatus liber esse debet. si vero talis bos famulum aut famulam alienus leserit et hospes de consuetudine fera bonis nescinerit innonis hospes debet esse et indemnis. si vero talis hospes scimt de consuetudine nocendi bovis prefati et bos alignem leserit. Dmc hospes tenebitur illi leso ad solucionem damni et medicinarum.

Capitulum vigesimumseptimum de domino ledente servum.

Si dominus servo suo oculum verberaverit sive dictante talis servus liber esse debet a servitute empta si fuerit Christianus. si vero fuerit servus paganus tunc jnb diffinit eundem per dominum debere vendi pro medietate precij.

Capitulum vigesimumoctavum de jumento jumentum aut boue bouem occidente.

Si bos bovem aut jumentum jumentum occiderit alicui. Bos aut jumentum qui superviuet debet vendi et precium pro venditione hujusmodi bovis aut jumenti receptum per medium dividatur inter illos quorum predicta jumenta fuerint. et similiter occisum animal per medium dividi debet. si vero ille cuius bos erat indomitus scimt de consuetudine

fexa sui bonis et per vicinos admonebatur ut non foueret tale Jumentum scilicet bonum nocivum et ipse non curabat admonitiones Tunc pro illo occiso bone virum bonum dabit illi cui occisus est bos et sibi illum occisum bovem recipiet.

Capitulum vigesimum nonum de foueis et fontibus.

Quicunq; aperuerit foueam aut fodiet fontem et non tegerit eandem foueam aut fontem. et ibi ceciderit aliquod Jumentum hospes illius fouee aut fontis solvet illud Jumentum Cute illius Jumenti pro se recepta Jure id dictante.

Capitulum tricesimum de homine cadente in foueam.

Masculus aut femina si ceciderint in foueam aut fontem et ibi mortuus fuerit. si in die ceciderit tunc mediam penam valoris sanguinis ille cuius fouea aut fons fuit solvet. si vero noctu ceciderit in fontem aut foueam extunc integri capitis penam solvet ille cuius fouea aut fons fuerit. Quod statutum debet extendi ad utriusq; sexus homines cadentes modo premisso in foueam aut fontes etiam ad seruos et seruas.

Capitulum tricesimumprimum de Jumentis et pecoribus.

Si bos occiderit vaccam aut aliud Jumentum Cornutum vel arietem et hospes neseiuerat consuetudinem eiusdem bovis. Tunc medietatem precij illius animalis occisi solvere debet. si vero tale Jumentum parvum fuerit. tunc pro tali nichil solvi debet. si vero magnum pecus occisum per bovem fuerit. tunc tale pecus occisum vendi debet et pecunie illi quorum pecora fuerint equaliter inter se partientur. si vero scivit illius indomiti bovis consuetudinem nocivam et non alienavit a se. tunc integrum valorem pro occiso Jumento persolvet. Jta Jus dictat.

Capitulum tricesimumsecundum de equis.

Si hospes habens equum indomitum qui pedibus et morsu denocivus hominem consuetudinem haberet ledere. hospes equi leso homini per equum damnum et sumptus medicine solvat. si vero manifestaverit equi nocere consueti consuetudinem. Tunc medietatem dam solvet. Jta Jus dictat.

Hoc quod in calce hrius constitucionis dicitur Intelligitur si talis homo armenus occasionem ledendi equo suo non dederit.

Capitulum tricesimumtercium de equo habente consuetudinem ledendi

Si alignis habuerit equum nocere consuetum et in domo tam familie qz alijs manifestauerit ut a tali equo caueretur et postea talis equus alignem leserit aut occiderit in domo. Tunc hospes manebit absq culpa in tali casu si vero homines domestici aut vicini viderint illi qui equum talem habet ut eum non foueret et ipse talem equum non alienauit et equus alignem eorum leserit aut occiderit. Tunc jus spirituale in isto debet prospicere qualis pro isto debeat iniungi penitencia et emenda.

Melius placet et admittitur ut is qui equum sciunt et nocere consuetum admonitus per vicinos non alienauerit pniatur ea pena que supra in Capitulo vigesimo sexto de bove indomito est expressa.

Capitulum tricesimum quartum de fure nocturno tempore in domo inuento

Si aligis furem nocturno tempore in sua domo inuenerit si talem furem nocturnum interfecerit in domo manet absq culpa. si vero in die aligis furem in domo sua inuenerit et eum occiderit occidens erit mortalis. ita nova lege disponente. q occisorem nocturnum furis non culpat occisor vero furis in die. quia presumitur homicidium commisisse scienter et voluntarie solus debet esse mortalis. et tale jus est de furibus constitutum nocturnis et diurnis. si vero aligis in domo nocturno tempore et similiter diurno furem cum manifesta re furti aprehenderit. Tunc debet talem furem et cum signo furtiue rei ad ziuitatem ad iudicium adducere et quelis querela contra eundem furem coram Judicio proposita fuerit. talis pena ipsi fur per sententiam et inuentionem Judicij punietur.

Capitulum tricesimum quintum de jure ortorum et agrorum.

Mittens aligis propria voluntate sua Jumenta in ortum alienus aut in sementa campi. et talia Jumenta damnum fecerint jus diffinit quale damnum talia Jumenta in ortis aut frumentis campestribus diuersi generis intullerint. Tunc ille cuius Jumenta huiusmodi

dammny inferentia in ortis et fremmentis fuerint dammny passo solvet sicut homines tale dammny ad valorem tax anexit et jmmenexint.

Capitulum tricesimum sextum de jncendijs et aruispicijs als pozarow.

Si ex quocunq; loco ignis et aruispicium exinexit et horrea exemanexit aut fremmenta in campis adhuc existencia. Jb a quo ignis huiusmodi exinit pena licita castigari debet. tamen judicium debet diligenter inquirere a quo talis ignis exinit si ex propinquo vel longinquo si ab amico vel inimico. si re ueratu aut voluntarie. a sene vel a puero. si alignis propria vo: luntate premissa facit duplum cuiuslibet dammi prefati dammd passo solvet. si alignis prope horreum ignem posuerit et non prospexerit bene illum iguem ne dammum inferat et per talem non prospectionem ignis dammd patranexit. duplum pro quolz damno secum. passo dammd ignis non prospector solvet. si a remotis ignis venit tunc meditatem dammi huiusmodi qui dedit occasionem per ignem solvet illi cui dammd per conflagrationem ignis est illatum. si vero talis ignis incinexarexit pecus aut vestimenta de tali damnificatore tale judicium et pena esse debet sicut presens capitulum declarat.

Capitulum tricesimumseptimum de fideli deposito et fideli manu.

Si aliquis cuipiam dederit. aurum argentum et alias quaslibet res et supellectilia diuersi generis et speciei ad fideles manus conservandas et tales res apud illum fidelem depositarium de domo eius furtim surripuerunt. si furem predictum depositarius cum manifeste re furti aprehenderit talis fur patibulo debet punixi. si vero fur talis comprehensus non fuerit. tunc ille depositas res suas ad fideles manus apud illum quereze debet cui dedit ad seruandum cum docu: mento sufficienti. si vero sufficiens documentum actor contra depo: sitarium non habuerit. tunc Juramento corporali depositarius solus evadet. q; tali damno rerum depositarum nec scientee nec negligenter occasionem dedit et Juramento corporali prestito perpetuo absolutus ab omni parte esse debet. si vero iste qui talibus ut prefertur Juxabit et inuentus fuerit periuras pro quolibet damno secum rerum depo: sitarum duplum solvet et solus tanq; periurus honore debet priuari

et infamis pronunciari. Si vero alignis non dando seruare aliquid ad fidele depositum calumniatus fuerit aliquem. q tangi dedisset aliquid seruare. tunc et talis calumniator perpetue est infamis declarandus sicut quilibet calumniator qui falsa crimina scienter intentat.

De armenis hec constitutio quemadmodum et alie est intelligenda hoc est. Si armenus est depositarius suo Jure per Christianum conuenietur. ed inuerso christianus depositarius per armenum de: posito quesentem Jure suo conuenietur. quia actor sequitur forum rei.

Capitulum tricesimum octauum de Jumentis alicui ad seruandum datis.

Si alignis dederit alicui ad seruandum equos. bones. ones et diuersa pecora et pecudes. et si talia pecora aut lesa. aut mortua aut perpotentem manum ablata fuerint. et nemo scivit unde tale accidens euenisset tunc ille conseruator Juramento corporali euadet. Si non dedit occasionem lesioni aut morti Jumentorum Si vero apud illum conseruatorem aliquod pecus aut Jumentum fuerit furtiue susceptum. Tunc ille conseruator illud pecus furtiue ablatum soluere debet. illi cuius tale pecus fuerit. Si vero ursus. Lupus vel aliquod aliud animal ferum Jumenta aut leserit aut deuorauerit. Tunc talis conseruator illi cuius pecora sunt demonstrare debet locum demonstrato vero et probato loco indemnis debet esse. et diffinitionem Jus pro magna iusticia accepit

Quo ad armenos hec constitucio habet locum qui christianos inculpati eo Jure euadent. christianus vero inculpatus suo Jure etiam ar: menum euadet

Capitulum tricesimum nonum de eo qui alicui arma accomodauerit.

Si aliquis apud amicum accomodauerit arma diuersa. taliaq arma aut franget aut perdet. Si qui accomodauit non erat circa fractionem aut perditionem armorum. Tunc ille qui accomodauit arma damnum debet soluere aut fractionis aut perditionis armorum. Si vero ille cuius fuerint arma fuit presens circa destructionem vel perdi: tionem armorum indemnis ille qui accomodauit in tali casu manet.

Si vero aliquis. Equos Jumenta et alias res ostensibiles pro certo precio apud aliquem arendauerit. et talis res animata lesa fuerit aut mortua et hospes illarum rarum verus proprietarius circa id fuerit presens. Tunc iste proprietarius propter huiusmodi presen: tiam suam in isto damnosus esse debet. et non ille qui arendauit

si vero proprietarius predictarum rerum circa lesionem aut perditionem premissarum presens non fuerit ille qui tales res locavit seu arendavit solvere dampnum rerum tenetur. Quos casus in presenti capitulo descriptos Judiciale officium armenicum diligenter attendet pensitabit et discernet. Inter armenos hec constitucio ut cetera intelligenda et servanda est. christiani vero per armenos comuni. suo Jure nidicabuntur.

Capitulum quadragesimū de eo qui aliquid apud alterum ad prestam receperit.

Si quis apud alterum alignas res receperit ad prestam sine in mutuum ad certum tempus. et is qui ad prestam sine in mutuo aliquid accipit depauperabitur et propter depauperacionem ad tempus prefixum solvere non poterit. veteris et Nove legis patrocinio, eidem depauperato talis prerogativa concessa est. & a creditore nullam gravitatem haberi debet et usuram ab eodem depauperato recipere non debet. sed debet ei assignare et limitare certum tempus ut ei tantum principalitatem crediti debiti solveret. et is depauperatus illi suo creditori ante hac aliquid usure dederit. Quidquid ab eodem receperit usure hoc debet computare ad sortem principalis summe. Quoniam dei preceptum est prohibitum. ꝙ nemo capiens Cristianam fidem usuram accipiat. Si vero talis depauperatus debitor non soluto debito moreretur. tunc successores ipsius debitoris nullam usuram solvant creditori propter principalem summam que per successores solvi debet creditori.

Hec Constitucio inter armenos servanda est et intelligenda, hoc modo, quando debitor ex casu fortuito et non sua culpa. aut malefitio incidit in paupertatem. ut creditoribus suis solvere non possit.

Capitulum quadragesimum primum de rebus Impignoratis.

Si aliquis apud alterum accepexit in pignore dominum aut ortum aut vineam. vel agros vel aliquid istis simile. Si vero ille qui obligat alignam ex predictis rebus neglexerit solucionem facere illi cui obligavit. ortum ille obligationem rei habens. a prefato qui ei obligavit tantum essentialem summam. absq; usura recipere debebit et pignus seu rem obligatam ei. recepta summa principali restituet. Si vero ille tantarum obligatarum magis comodi accepit de bonis predictis obligatis ꝙ esset summa essentialis. tunc id totum quod superius summam

principalem in vim commodi recepit restituere, ad sortem prin-
cipalem computare. defalcareq debebit. Si vero ille qui obligauit
non habuerit facultatem bona obligata reformare in necessita-
tibus bonorum et ille qui in possessione obligationis bona tenet
reformauerit. reparauerit q sumptibus suis. tales sumptus
erogatos ad reparationem bonorum ille qui eadem tenet in obli-
gatione ad summam principalem ad minuere debebit. et ita
illi sumptus cedent in principali ad minuendi et coadmati
ad soluendum. habens vero in pignore vestimenta et Jumenta
et talia vestimenta, aut Jumenta in tali obligatione annichila-
uerint et deteriorauerint. Dicit tale damnum ille temptatus obliga-
torius ad sortem principalis cum debet defalcare. Si vero fuerit
in obligatione. aurum. argentum. vel aliquid istis simile. Si per
furtum aut aliquam alteriusq eventus perditionem perdiderint
apud illum qui in obligatione habet talia. Si predicta res neq
negligentia neq culpa ipsius qui in obligatione habet aliquo modo.
ex premissis modis perdita fuerit. Dicit obligator Juramento
corporali se expurgabit. Q eius occasione perditio prefata facta
non est. Si vero tales res sua culpa. essent perdite, aut solus eadem
occultauerit asserendo ista esse perdita. et contra eum probatum
fuerit. q tales res habet, Dicit duplum soluat. Si ei potens manus
iniecerit. Dicit istius damnum esse debet qui obligauit. Si
vero fructiferam arborem in demtis obligatoriis aliquis recciderit.
aut sepes exemauerit. Si id acciderit ex scitu et voluntate illius
qui tenet in obligatione. damnum ipsius debet esse et similiter de
pecoribus et Jumentis inuadiatis est indicandum. Q si Jumenta
in pignore fuerint lesa aut deteriorata. tunc damnum. obligatoris
esse debet. qui damno huiusmodi prouidentes non obuiauit. Si vero
pecora huiusmodi non decesserint culpa istius qui tenuit ea in obli-
gatione. Dicit damnum debet esse illius qui obligauit talia Juncta
Quia Jure prouisum est rem obligatam debere custodire ne perdatur
et multo magis prohibet Jus non usurari.
Inter armenos seruanda est hec constitutio.

Capitulum quadragesimum secundum de eo qui aliquem exemauerit incendio

Si aliquis aliquem exemauerit ex inimicitia et statim ni recenti facto
incendij fuerit comprehensus Talis homo mandatus sicut ignis
preamb. ita igne perire debet. Si vero ni tempore et hora deprehensus
non fuerit et post factum captiuatus. Talis debet pro miij carceribus

penaq; pecuniaria. Et solvet omnia damna que per talem ignem evenerint. Si vero prodidor mala voluntate id fecerit collo dz plecti

Incendiarij Jura communi regni judicentur et puniantur.

Capitulum quadragesimum tercium de eo qui alicui in orto fructiferam arborem destruxerit.

Intrans in ortum alienum destruens illo in orto arborem fructiferam criminosaq; fructus et probatum contra eum tale factum fuerit. Jus dicbat. q; ipse destructor arboris fructiferе similem arborem debet illo in orto plantare et q̃diu hujusmodi arbor plantata fructus non produxerit tunc iste qui plantavit omnia damna fructus arboris ejusdem solvet. tamdiu vsq; nona arbor plantata germinare ceperit.

Capitulum quadragesimum quartum de equis et jumentis.

Occidens alicui pecora vel equos manifeste jus diffinit q; debet valorem occisi equi aut jumenti occisor solvere. illi cui ip̃e hoc damnum intulit. Si vero occiderit ex inimicitia officij Juris interest talia prudenter indagari sicut jus decernit. visis propositis et responsa partium. tandem sentenciam promulgare

Capitulum quadragesimum quintu de eo qui propter paupertatem usumfructum agror. vendidit

Si aliquis urgente inopia vendiderit alicui vsumfructum de agris Carnalibus suis tunc consanguineus illius venditoris potest propinquitate. sui fratris emptionem vsufructus agrorum ab illo extraneo redimere et liberare et solus offici vsufructuarius. Si vero propinquus non restituerit illius venditoris et solus venditor haberet facultatem pecuniariam redimere vsufructum dictum hoc ante tempus facere potest. Si vero redimere non poterit. tunc ille qui emit vsufructum agrorum debebit emptionis sue jus ad suum tempus determinatum tenere. Tempore vero veniente ille heres iterum poterit suam redimere et obtinere. tempus vero hujusmodi venditionis est duos proximos septem annos. Si vero ultra septem annos possessor illius vsufructus voluerit longius

tempus prorogare vero heredi ad reddiendum. hoc ni beneplacito
est istius possessoris. si vero ad terminum septem annorum predictorum
ille qui vendidit usufructum ant sinus propinquus non reddierit
tunc elapsis septem annis integris iam ille usufructuarius effi:
citur verus heres illius rei empte. et prefatum tempus septem
annorum ni huiusmodi causa debet haberi et observari pro pre:
scriptione completa et irrenocabili. si vero alio genere contractus
ille heres vendiderit agros suos tunc iusta qualitatem negotij
et iusta partium proposita et allegata iudicium sententiabit.
Hec constitutio admittitur in hereditatibus iuxi armenico subiectis
verum si armeno in iure ciuili vel terrestri regni iacens hereditas
oppignoratur vel usufructus eius venditur. iusta dispositionem
illius iuris cui eadem hereditas subiacet dicta oppignoratio vel
venditio usufructus iudicari debet idem: prescriptionem intelligendum.
que etiam iusta iura quibus hereditas cuius usufructus ven:
ditur subiacet. indicanda est et observanda.

Capitulum quadragesimum sextum de emptione domus in Ciuitate et iure municipij

Si alignis alicui vendiderit domum in Ciuitate et iure Municipali
potest propinquus ad unius anni decursum propinquitate repellere
emptorem extraneum pecunias solvendo pro quibus eadem domus
empta erat. si vero propinquus non fuerit. et ille pacifice et quiete
huiusmodi domum possederit anno integro. amplius elapso anno
ille qui emit verus prefate domus efficitur heres. eandemque exit
iure hereditario possessurus absq; aliqua contradictione omnium
et singulorum proximiorum. si vero dives pauperi domum vendi:
derit et ei tempora prefixerit ad solvendum et si ille pauper so:
lutionem facere pro eadem domo non prevaluerit. tunc potest
eandem domum illi viceneasa restituere. et ille ab ipso eandem domum
recipere tenebitur absq; aliqua contradictione. domorum vero agrorum
et ortorum que in suburbiis Ciuitatis iacent. ius exemendi easdem
per propinquos debet prescriptionem septem annorum hic per
propinquos.

Lementi emptores et venditores domorum seu hereditatum naturam
et observationem illius iuris in quo iacent huiusmodi domus et here:
ditates seruare debent.

Capitulum quadragesimum septimum de molendino aquatico.

Si alignis ingente inopia molendinum aquaticum vendiderit ad

annum integrum potexit propinguus hocidem Molendinum rede-
mere Jure propinquitatis. anno vero elapso integro. is qui possidet.
per propinquos impediens non fuexit. Amplius non potexit libertatem
et Jus redemptionis molendini habere. Sed is qui emit molendinum
huiusmodi vigore prescriptionis prefati molendini verus et perpetuus
heres efficitur iure id dictante.

Capitulum quadragesimumoctauum de emptione equi.

Vendens equum alter ab altero forum emptionis equi debet fieri in pntia
duorum vel trium testium propter ea ne equus esset fraudulus et ne
antiquam claudicaturam habeat. et qz non esset pclusus als dijcharizuij
aut nossathij. Si vero cognitum fuerit ad septimum diem aliquod vitiu
de predictis in equo empto. tunc emptor talem equum vicioshm restituere
venditori poterit. Si vero equus ad septimu diem predicta vicia aut
unum eorum in se reperturn non habuerit. tunc forum venditionis equi
suum effectum sortiri debet. Si vero equus ille fraudulus fuerit. tunc
intercessor tenebitur emptorem pro prefato equo suo grosso et impensa
liberare. intercedere et indemnem reddere.

Capitulum quadragesimū nonū de uendito boue.

Vendens bouem alter alteri coram tribus testibus tale forum debet fa-
cere. et vendens bouem huiusmodi de iure tenebitur talem bouem
dare illi ementi ad azatrum sine curru. ad tentandum qz talis bos
non esset nocue consuetudinis nec furatus. Si vero bos fuerit nocue
et fore consuetudinis ad septimu diem potest illi venditori restitui
si fuerit furatus et aliquis allogauerit se illum. tunc emptor debet
se tractare ad principalem interessorem. qui interessor debet eum
suo grosso nbilibet indemnem reddere. Iure ita dictante.

Capitulum quinquagesimum de uendita Vacca.

Vendens aliqm vaccam debet emptori canere. qz talis vacca quolibet
anno consuevit impregnari. Siu alitez compertum fuerit in predicta
vacca. qz ipse venditor exposuit. tunc in uno integro anno eam
vaccam emptor venditori restituere potest. Si vero ipsa vacca
fuerit prolificans bene. tunc forū debet sibi effectum sortiri.

587

Capitulum quinquagesimumprimum de Apibus

Vendens alicui apes in autumno in alueario cum melle. et venditor
spopondit emptori. sp in huiusmodi alueario est tantum mellis et no-
minat certam mensuram. et expressam quantitatem. si ille emptor
credere venditori noluerit. tunc poterit aluearium aperire et mel men-
surare. et quicquid mellis ad illam quantitatem et mensuram defecerit
hoc ille venditor aut melle aponat aut pecunijs soluat defectu mellis.
si mel deficiens aponere noluerit. Tunc forum huiusmodi ad nichilum
redigitur. si vero illud mel excesserit quantitatem et mensuram condi-
tam in alueario. Tunc emptor restituere venditori huiusmodi expen-
sam mellis non tenebitur. quia ope sua non damni emit. si alignis
vendiderit vernali tempore propter examen apum. talis recipiendo
huiusmodi apes debebit ponere in suo mellificij loco. ad decimam vel
vigesimam diem eas seruando propter inquirendum si ille apes emittent
examen vel non. et forum pro huiusmodi apibus debet fieri coram
duobus vel tribus testibus. et uicinis ac extraneis apum. ita fiat
et inueniatur sicut in foro conductarum est. si extraneis et uicinis
apum ita inuenietur sicut contractus fori conclusus est inter vendi-
torem et emptorem. Tunc huiusmodi forum debet suum effectum
optinere. si vero inter huiusmodi apes aliquid nocui fuerit aut
mala eorundem mouerentur inter spacium decem aut viginti dierum
poterit emptor venditori tales apes vicissim restituere. post
decursum vero viginti dierum. si aliquid nocui predictis apibus
euenerit. tunc emptoris non autem venditoris debet esse damnum

Capitulum quinquagesimum secundum de vasis ex argilla fabricatis pro vino infun-dendo que uocantur. Banije Vijme etc.

Semens alignis apud alterum vas argillenum pro vino fundendo. si
tale vas ad integrum annum non stillauerit. Tunc forum pro eodem
vase initum tenere debet. si vero in tali vase fuerit aliqua lesio
et per emptorem cognoscerentur illius vasis. hoc ipsum vas vicissim
recipere debet ab emptore. si vero de huiusmodi vase leso vinum
effluxerit. tunc damnum ad medium esse debet. si tale vas in primo
fori contractu fuerat integrum et dum infodirbatur in terram
lesum est. Tunc venditor in isto culpabilis non exist. quia Jura
qui disponunt hoc intelligere de vasis magnis et parvis.

Capitulum quinquagesimum tercium de fructu arboris fructifere uendito.

Contigit multociens plerumq; vendere fructus arborum fructiferarum in ortis propter lucrum habendum. Si lucratus fortunatus est. Si in perdiderit, lucrum infortunio suo imputet. et tale forum in presentia trium testium fore debet. et tempus huiusmodi fori ad decem dies duratt. in quibus decem diebus forum emptor potest deicere. lapsis vero decem diebus forum huiusmodi prefatum in rem transit effectualem et determinatum. Emptor post dies decem lapsos conductatum precium solvat.

Capitulum quinquagesimum quartum de Molendini arenda.

Si aliquis arendaverit molendinum coram testibus debet ille qui arendat sibi statuere et dicere mensuram qualem mensuram ille qui arendat dare debebit. Si vero arendator molendini lucratus erit aliquid super arenda hoc eius lucrum erit. et iste qui arendat debet tenere arenda non obstante lucro illius qui arendaverit. Nec eundem arendarium debet propter lucrum huiusmodi in aliquod detrimentum inducere. Omnia vero necessaria ad molendinum iste qui arendavit dare et reparare debet. Similiter et destructura secundum consuetudinem in molendino observari consuetam, reformabit. Si vero ex nimia: bilitate istius qui arendavit molendinum aliquod damnum in molendino foret. in Lapide. rotha. aut presepio molari aut aliis apparamentis molendini damnum foret. aut si aliquid de molendino furatum fuerit tale totum damnum ille qui arendavit debet solvere, Si vero molendinum conflagratum fuerit illius culpa cuius hereditarium fuerit simile damnum erit, Si vero ex causa arendatoris molendinum combustum fuerit. Tunc arendatoris est damnum et taliter jure disponente erit

Capitulum quinquagesimū quintū de Judice et spirituali persona inhonoratis.

Si aliqui in Civitate et Jurisdictione propria atrocerint se ad jus et causa fuerit sanguinolenta, aut contenciosa. ex vnus alteri contra naturaliter contraxiaretur. debet accedere ibi ubi est locus Judicij et Judicium est electum a deo et hominibus. In quo Judicio sedere consueverunt spirituales et secularis. qui tunc temporis fuerint et propositionem coram eis actor facere debet. contra reum partem.

Et Judicium auditis partium propositis et responsis inter eos discu-
erit. id quod Juxis fuerit et vtraq; pars tale decretum suscipere
debet et videri non contrafacere. et de decreto huiusmodi Judiciali
vtraq; pars non debet nec ad dextram neq; ad sinistram declinare
Qui vero decreto temerarie et superbe contradicere ausus fuerit
talis homo mortalis est. Jn nova enim lege ista ostenditur. Qd quicq;
adnexaretur Juxi pro nichilo; Judicem habuerit talis est nox:
talis. Quia inobedientia contra auctoritatem Judicij facta perinde ha-
betur ac si deo inobedientia ostenderetur. Juxe ita difiniente.

Quod hic dicitur. qd decreto Juxis armenici nec ad dextram nec ad
sinistram declinari debet intelligendum est quo ad personas armenor
qui si volunt possunt non appellare a decreto Juxis sui armenici
homini vero Catholico grauato in Judicio armenico. reservata est
appellatio.

Capitulum quinquagesimum sextum de Metis agrorum.

Juxe difiniente nemo debet mutare metas agrorum vicino suo.
quas metas agrorum confirmauerunt predecessores et successoribus
scilicet filijs lignerunt bona. Quod deus concedat vobis successo:
ribus agros et alia bona cum gaudio et sine iniuria proximi
vtrique. tam fratres q3 extranei in iustitia manere et commixe.
bunt enim tibi a patre tuo relictum est taliter tenere debes. et
alterius hereditatem tibi non usurpes. si vero alignis ante te
iniuste aliquid accepit, in tali casu reuocandum est ad Judicium

Capitulum quinquagesimum septimum de testimonio

Item Juxe precipimus vobis. Quia vnius hominis testimonium
in Juxe nostro armenico. nichil importancie et vigoris habet. sed
tantum testimonium duorum vel trium bonorum virorum valere
habet. si vero alignis vellet coram Judicio iniuste se iniuriciari
testificari et Judex aut Judicium cognouerit. qd ipse iniuste testi:
ficatur. debet sentenciari sicut quilibet malus. ita Jus dictat
Jus ostendit qd testimonium isto modo debet esse coram Judicio armenor
debet probare super armenum armis duobus aut tribus bonis homi:
nibus quibus licitum est credere non debet alios testes inducere
